


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 C
69

204

GRE
GORII MAGALOTTI

Pati. Ro. Episcopi Clusini, Iu. U. consultissimi securitatis ac salui conductus tractatus perutilis & quotidianus.



Sanctissimo Patri et domino nostro. D. Paulo Di
uina prouidentia. P. P. Tertio. Benedictus De
Valentibus S. eiusdem Fisci Procurator et
seruus humillimus. S. P. D.



Regorius Magalottus san
ctitatis vestre nominis obser
uandissimus. cum in humanis
ageret mecum familiarissime
vixit. et quamuis ingentes il
lius virtutes ipsum quotidie
ad ampliores dignitatis gra
dus eueherent: Ego vero in
tenuitate status mei persistere
non minus propterea ille ve
re amicitie numeros omnes mecum implere desinebat,
eo pacto, vt etiam extremum fatum agens res suas nul
li charius q̄ mihi comendauerit. Quamobrem aliquan
do dignissime illius memorie deesse non potui apud san
ctitatem vestram etiam longe feruentius q̄ si res meas
in quibus magis frigescere soleo/pertractassem.

¶ Is igitur cum in vrbe gubernator existeret Opus
culum de securitate ab eo diligentissime conscriptum
ad me destinauit. Quod ego dum sepius reuolui, ac
nōnullis peritissimis viris perlegendū dedi: in eam de
ueni sententiam nullatenus opusculum ipsum sine iniu
ria tanti viri in occulto haberi posse. vtpote in quo de
frequentioribus earum que in vrbe quotidie versantur
questionibus exactissime agatur: veritus tamen sum ne
obscure nimium in lucem prodiret si meo nomini tantū
mō inscriptus ederetur. Quare cum et ille et ego nullum
aliud in terris numē maius nouerimus. q̄ sanctitatis ve
stre nomen incomparabile, ad eius beatissimos pedes de
uolutus, quicquid id est, eidem. s. vestre post deuota il
lorum sanctissimorum pedū oscula dico et voueo. Que
diu ac feliciter valeat. Ex edibus nostris Rome.

Sanctissimo ac beatissimo Domino nostro Paulo iij. Pont. Max.

Sanctissime ac Beatissime Pater. & Domine.

INgenti cum luctu & verissimis lachrymis de inopinatu obitu Clusini Episcopi Gubernatoris nostri scribimus, qui repentina morbi vi sublatus/tam graue/tam acerbum nobis atq; omnibus huius ciuitatis ordinibus sui desiderium reliquit. vt nemo plane sit, qui huic vrbi luctuosiorem diem contigisse meminerit: Et erat sane ea prudentia vir/ea integritate & innoc ntia/ea in rebus omnibus prouidendis vigilantia/ obeundis consilio & solertia. In tota iurisdictione equitate, & diligentia/vt ad res publicas gubernandas aptus/ & factus/ & ad apostolice sedis decus/gloriamq; tuam Pater Santiss. & sapientiss. augendam. Ac huius ciuitatis tue incolumitatem tuendam natus maxime videretur. Quo q dem fiebat/vt omnibus prope bonis/cum in eius probitatem, grauitatem, humanitatem summam/& prope admirabilem in nos beneuolentiam intueremur, & nouum semper aliquem fructum ad concordiam & relique felicitatis nostre cõseruationem, ac propagationem caperemus. Magnam tibi Pater Beatiss. qui nobis rebus/fortunisq; nostris talem ac tantum virum preesse voluisses; gratiam haberemus. Sed qm̃ vt sunt hum na omnia fluxa/& caduca/ita parum diuturnam esse voluit summus & sempiternus Deus voluptatem eam/ quam eximiam cupiebamus ex Clusini Episcopi optima ac rectissima gubernatione. Reliquum illud nobis fit vt clarissimi/ac omni virtutis genere prestantissimi hominis memoriam sancte pieq; colamus. Te vero pater ac Domine/ supplices, ac veluti si addessemus, ad pedes tuos prostrati oremus & obtestemur. vt in nouo Gubernatoris nobis deligendo adhibeas in consilio altissime mentis tue diuinitatem. & spectatam nobis iam toties erga nos beneuolentiam. Id enim si feceris, quod certe facturum confidimus, nihil dubitamus/cum a te nobis missum iri Gu

bernatorem. Qui neqꝫ omnino sit indignus/ qui Clusi no succedat/ ⁊ legati nostri summa amplitudine ⁊ virtute adolescentis personam sustinere/ ⁊ iudicij sanctitatis sapientieqꝫ tue in hac ciuitate ⁊ Republica moderanda ac regenda/ monimenta relinquere possit. Vale Pater sanctiss. ⁊ beatiss. Diu felix.

Bononie vij. Idus Decembris. M. D. XXXVII.

Sanctitatis tue.

Deuotissimi filij ac fidelisS. Quadraginta reformatores status Ciuitatis tue Bononien.

Spectabili viro Domino Benedicto de Valentibus.
Sanctissimi Dñi. N. Procuratori Fiscali:
Gregorius Magalottus Salutem dicit.



T si vereor, vir Magnifice, ne me insolentie aut temeritatis vitio accuses/ qui adeo tenui exiliqꝫ ingenio iuris precepta ac disputationes iam antea a probatissimis auctoribus traditas colligere, ⁊ multis in locis emendare ausus fuerim. Verum tamen tue prudentie atqꝫ humanitati confisus cum inter legendũ multas questiones de securitate ⁊ saluo conductu sparsim ⁊ in remotis lectionibus velut neglectas offenderim/ ⁊ non minus in forensibus ⁊ fisci negocijs vtiles ꝙ necessarias. Visum est non fore a nostra institutione atqꝫ amore alienum. Illas in vnum colligere, ⁊ velut primitias nostras tuo nomini dicare. vt ea in quibus ego defecerim corrigeres/ atqꝫ pulires: Et ad hoc me magnopere excitauit tua ergo me beneuolentia atqꝫ pietas. Nullum vnquam officij genus pretermisisti: vt humilẽ fortunam meam subleuares atqꝫ extolleres ac mihi semper felicitatem dignitatẽqꝫ optasti: vt essent he mee lucubratiões ac vigilie. fidei ⁊ mei erga te amoris testimoniũ. Perlege igitur/ quãquidem si tibi illas placere intellexero, opus iam inchoatũ de mõ in rebus fiscalibus caute agendi pficiam ⁊ tuo sub auspicio in lucem edam. Vale ⁊ Magalottum tuum vt soles ama.

Securitatis ac salui conductus Tractatus incipit.

Super icognitis nō est procedendum,



Ecuritatis ac salui conductus materiam disputaturus. Imitabor iurisconsulti sententiam in.l. i. in prin.ff. de iust.⁊ iur. ¶ Dicentis operam iuri daturum prius noscе oportet vnde nomen iuris descendat. cū ad cognitionem specierum precedere debeat cognitio generis/ vt intelligatur quid sit id de quo disputatur vt in.l.i.ff.si cer.peta. ⁊ per glo. in Ru. reg.iu.in.vij. ¶ Et licet omnis diffinitio in iure sit periculosa.l.omnis diffinitio .ff.de reg. iu.l.i. §. dolum .ff. de dolo. ¶ Nihilominus Guil.de Cun. quem refert ⁊ sequitur Bar.in.l.illicitas.§.ne potentiores. ff. de off. pres.hoc modo diffinit. ¶ Securitas est legitimum presidium quod per officium iudicis iuste timenti datur. Quam diffinitionem videtur sequi legislator in.l.denūciamus.versi.Nam si quis ⁊c. C.de his qui ad eccl.cō fug.⁊ Alber.de Ros.in .d.§.ne potentiores in princ. ⁊ Iac.de bel.in.§.neq͡ʒ autem homicidis in.i.col.in auctē. de mand.princip.¶ Ubi dicit istam securitatem uulgariter fidantiam appellari secundum Bal.in aucten. agricultores.C.que res pig.oblig.poss.

Diffinitio omnis in iure periculosa.

Securitas quid sit.

¶ Sed ista diffinitio Guil.de Cun.nequaq͡ʒ videtur vera,cum non sit vniuersalis ⁊ non conuertatur cum suo diffinito/vt omnis bona diffinitio cōuerti debet vt in.d. l.i.§.Dolum.⁊ ibi Bar.ff.de dolo.⁊ in.l. mortis causa capit.de donati.caus.mor.⁊ late per Phil. Dec.in .d. l.omnis diffinitio in princ. ¶ Quoniam non omnis securitas datur a iudice,sed quandoq͡ʒ datur a lege nullo ministerio iudicis interueniente vt in legatis hostium quibus tanq͡ʒ sanctis a lege ⁊ non iudice securitas datur. vt in.l.fi.ff.de legatiōi. ⁊ in.l.sanctum.ff. de rerū diuis. ⁊

Diffinitio omnis bona conuerti debet, cū suo diffinito.

Securitas an' ab alio quā a iudice det

Legati hostium a lege securitatem hēnt

in.c.ius gentium.i.dist.ibi / legatorum non violandorum religio. Item confugientes ad ecclesiam iam a lege gaudent securitate vt inde inuiti extrahi non possint vt in l. presenti. C. de his qui ad eccl. cõfug. Et in multis alijs casibus lex dat securitatem sine ministerio hominis vt inferius dicemus. Et ideo verbum securitatis hoc mõ diffiniẽdũ ẽ securitas siue saluus cõductus ẽ presidiũ quoddam qd a lege vel ab eius ministro iuste timẽtibus dat. Sed posset Guil. de cun. ab ista impugnatiõe de feu. cũ Guil. de Cun. nõ intẽdat diffinire verbũ securitatis in gñe sumptum: Sed tñ illam spẽm securitatis que dat a iudice auctoritate legis. quando quis timet ne ab aliquo offendatur de qua per Bar. & Doct. in. d. §. ne potentiores & latius per feli. in. c. i. versi. qui timet. ext. de treg. & pac. Et cum circa istam diffinitionem parua versetur vtilitas vlterius non insistam.

& uide infra i prima declaratione prima col. Et qua pena puniantur illos offendentes uide in ultima carta.

¶ Cum itaq3 demonstrauerimus quid sit securitas in gñe sumpta. videndum est de qualibet eius specie ut cognoscamus de qua tractare velimus. Premittendum ẽ igitur q quinq3 sunt species securitatis.

Securitatũ spẽs. v. sunt pria que datur a re rei.

¶ Prima species est que datur a re rei. vt si timeatur ne domus mea ruat super domum tuam cogor officio iudicis prestare cautionem de damno infecto. que a re rei prestatur vt in toto tit. ff. de dam infec.

Securitas que datur a re persone

¶ Secunda species securitatis datur a re persone vt potest contingere casus. quando ego timeo ne domus tua ruat super caput meum & familie mee, et tunc quia non est mihi cautum per satisdationẽ de damno infecto. Cũ corpus liberum extimationẽ non recipiat. vt in. l. ex hac C. si pauper fecis. dic. & in. c. i. extra de iniu. Cogitur dominus si diues est illam reficere. si pauper illam vendere vt reficiatur vt declarat Specu. in tit. de satisdationibus. §. si. ver. Item est & alia &c. quẽ refert Bar. in. d. §. ne potentiores & Alex. & moder. in Rub. ff. de dam. infec.

Liber hõ extimationem non recipit.

Pauper cogitur dõmũ uendere quando illa ruinam minãte reficere non potest.

¶ Tertia species securitatis prestatur a persona rei. Quoniam si timeo ne vis fiat in possessione mea possum implorare officium iudicis vt cogat illum de quo timeo vt caueat ne vim faciat in possessione mea, vt in. l. si super possessione & ibi Bal. C. de transac. & Bar. in

Securitas que prestatur a persona rei

l. qui mihi bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. Et circa istam tertiam speciem securitatis multa alia exempla ponuntur per Albe. de Ros. in dicto. §. ne potentiores que breuitatis causa pretereo &c. ¶ Quarta species securitatis est illa que prestatur a persona persone quando timenti ab aliquo offendi datur officio iudicis cautio de non offendendo vt per Bar. & doc. in dicto. §. ne potentiores. & per Felinum in dicto in. c. i. ver. qui timet & reperiuntur fere infiniti casus quibus securitas a persona prestatur persone vt in. l. vniuersa. C. de prec. princ. offerē. & in. l. penul. ff. de petit. hered. & in. l. post acceptū & in l. is a q̄. ff. de rei ven. & ti. ff. & toto. C. de fide inst. cū multis simil. & cum iste quatuor species securitatis sint p doctores in dictis locis ad saturitatem discusse illas in presenti tractatu silentio preteream. Quinta & vltima species securitatis est illa que homini a lege vel ab eius ministro prestatur quam non improprie Doctores fidantiam siue saluum conductum vocant. & de ista vltima specie securitatis ex multis doctorū auctoritatibus hinc inde sparsis & in vnū per me collectis Deo Opt. Max. auctore presentem tractatum efficiam. Quem pro clariori intelligentia in quatuor partes principales diuidam. In prima dicam de personis que possunt securitatem dare & quibus debeat securitas dari. In secūda in quibus casibus debeat securitas data seruari. In tertia quomodo debeat interpretari. In quarta & vltima qua pena puniantur non seruantes securitatem & quemodo finiatur. Et istas quatuor species securitatis per xxiiij. declarationes disputabimus.

Securitas que prestatur a persona persone.

Securitas que prestatur hoi a lege.

Prima Pars.

Prima declaratio.

¶ Primo operepretium est scire q securitas in principio generationis humane cū ipso homine nata est. Nam ius naturale vt homines perpetua securitate gauderent voluit eos oēs liberos esse vt in. l. manumissionis quoqꝫ ff. de iust. & iu. & in. c. ius naturale. i. di. ac mandauit q nemo alteri faceret quod sibi fieri nollet vt in. c. i. di. i. & not. in Rub. ff. quod quisqꝫ iu. &c. ¶ Cum nephas esset hominem homini insidiari vt in. l. vt vim. ff. de iust. & iur. Deinde superuenit ius gentium. & cū eo iure essent

Securitas quando nata est uel quo iure inducta.

Homo homini insidiari non debet.

inuente seruitutes et bella.l.ex hoc iure.ff.de iust. et iur. Voluit ius gentium legatos hostium esse ab omni mole lestia liberos et securos. et si quis legatos hostium pulsas set contra ius gentium factum esse existimabatur, quia quia sancti habentur legati vt inquit tex.in.l.fi.ff. de le gatione. et in dicta .l. sanctum .ff.de re. diui. ¶ Postea superuenit ius ciuile: quo iure quattuor modis prestita fuit securitas secundum albe. de ros. in dicto. §. ne poten tiores in.iij. col.in princ. ¶ Primo per promissionem il lius a quo timetur offensio vt in dicto. §. ne potentiores. Secundo per presentiam publice persone: Nam licet alias quis posset impune offendi tamen propter presen tiam publice persone offensio non permittitur: Quoni am offendens bannitum dum per familiam iudicis ad car ceres trahitur punitur ac si non banditum offendisset se cundum Bar. in.l.iij.§. transfugas.ff. ad.l.cor.de sicar. et alios de quibus per Hippo. de Mars.in pratic. cri. in.§. aggredior numero. xxiiij. cum duobus sequentibus Tertio per impositionem publici signi. Quoniam si de mandato iudicis fuerit appositum aliquod publicum si gnum in aliqua domo omnes prohibentur in ea vim in ferre et vltra penam delicti inferens vim contra securi tatem fecisse iudicatur, vt.l.i. et.ij. C. vt nem.priuat.titu. Et propterea iniuria illata cursori portanti in signum securitatis illum baculum seuerius vendicatur et offen dens in crimen incidit maiestatis lese secundum Bar. in dicto. §. transfugas in fine et facit tex. in.l.quisquis. C. ad.l. Jul. Maiest. Et videmus in simili quod legati hostium in signum securitatis portabant quandam herbam que sa gmen vocabatur, vt in.l. sanctum.ff.de re.diui. Et si quis talem herbam portantem violasset tanquam sacrilegus ple ctebatur vt in.d.l.fin.ff.de legatio. et Angelus in .l.ij .§. legatis .ff.de iud. Quarto lex ciuilis tacite prestat secu ritatem. Nam venientes ad nundinas tacite affidantur. vt in illis molestari non possint, vt in.l.i. et ibi Bal. C. de Nund. Item rustici et agricultores quibus dum agri culture operam impedunt lex dat plenam securitatem vt non possit eis vel eorum bobus molestia inferri. vt in auct.agri cultores. C. que re.pig.oblig.poss. et in.c.fi.extra de tre.

Legati sancti.

Securitas de iure ci uili que modus pre stetur.

Presentia publice persone facit vt ille qui alias offendi po terat non possit offe di.

& pac. Itē fugientibus ad ecclesiam vel ad statuam principis securitas datur vt in.d.l.presenti.C.de his qui ad eccl.confug.& in.l.i.C.de his qui ad statu cōfug. Item existentibus in domo.cum domus sit vnicuiq3 tutum refugium.l.pleriq3.ff.de in ius vocan.&.l.nemo.ff.de re iud. Itē lex dat securitatem scolaribus & eorum seruitoribus qui causa studendi ad ciuitatē proficiscuntur vt in aucten.habita & ibi not.C.ne fil.pro pat. Item peregrinis & omnibus ex quacunq3 causa in iuditium vocatis vt declarat Bar.in.d.l.ij.§.legatis per illum tex.ff de iud. Item in multis alijs casibus lex dat securitatem qui not.in.l.ij.iij.& iiij.cū simil.ff.de in ius vocan.quos potius laboriosum q3 vtile esset recensere.

Secunda declaratio

¶ Preterea Papa Imperator & alij Reges & Principes qui habent iurisdictionem iure proprietatis & saltim de facto superiorem non recognoscunt possunt bannitis & alijs inquisitis per suos officiales ex homicidio vel ex quolibet alio grauiori delicto saluum conductum dare vt tute possint in ciuitate commorari. vt est casus in.l. Relegati in fine iuncta glo. ibi Bar.ff.de pen.& in l.ad bestias §. fin. eodem titulo & notat. ludo: Roman. in.l.possideri.§. si seruus.ff.de acquir.posses.& Ang.in l.vtimur.ff.de sepul.viol. & Bal.intit.de pac: constan. §. Imperialis ver. dispensationem. Et ratio istius declarationis est quia licet de iure positiuo saluus conductus non debeat dari homicidis & alijs delinquentibus.vt in .§. neq3 aūt homicidis.in aucten. de mandat. prin. & contra reos penarum executio non debeat retardari.l.nemo.C. de episco. audien.& in.l.cum Reis.C. de pen. Nihilominus princeps qui est supra ius positiuum potest contra ius rescribere & statuere, vt in.c. proposuit extra de conces. preben. & notan.Doct. in.c. que in ecclesiarum extra de const.& in.l.fi.C.si cōtra ius vel vtil.pub. Quoniam si princeps potest cum voluntario homicida dispensare & penam homicidij remittere, vt not.Abb. in.c. sicut dignum.iij.col. & in .c. ad audientiam extra de homicid. & per saly. in.l. cum indulgentia in.i.col.C.de sent.pas.& per modernos in.l.rescripta C. de prec. princ. offeren. Multo fortius potest saluū

conductum concedere per quem solum executio pene su spenditur. argumento. auctẽ. multo magis. C. de sac. san. eccl. ⁊ in. c. enim quod plus est de reg. iu. in sexto.

Que regula primo ampliatur ꝙ princeps non solum potest concedere saluum conductum temporalem sed perpetuum per rationem predictam vt sentit Bar. in. d. l. relegati ⁊ vital. in trac. de clau. i clau. nihil inno. secur. penden. ⁊ Nel. in tract. de ban. in. xv. quest. in. i. par. ij, tẽp. Et differt saluus conductus perpetuus a remissione. Quoniam per saluum conductum pena suspenditur per remissionem vero in totum tollitur. arg. l. reintegrato iun. glo. in ver. extimauit. ff. rerum amat. ⁊ declarat Paul. de Cast, in cons. xxxiiij. in. i, vol. ⁊ Alb. de ros. in tract. de statu. in. iiij. par. quest. xxxix. ⁊ dicit Bal in. l. penult. C. de cur. fur. ꝙ Bonnitus habens securitatem semper dicitur Bannitus. Saluus condnctus in perpetuum concedi potest. Saluus conductus a remissione quomodo differat.

Secundo ampliatur etiam si princeps sine causa rationabili saluum conductum concesserit. Quoniam quando habemus certam voluntatem principis non debemus querere de causa vt in. d. l. relegati insi. iunct. glo. ⁊ ibi Bar. ff. de pen. vbi probatur ꝙ magna ⁊ iusta causa est voluntas principis vnde dicit Cy. in. l. fi. C. si con. ius vel vtil. pub. ⁊ in. l. rescripta. C. de prec. princ. offeren. ꝙ semper in dubio presumitur principem ex iusta ⁊ rationabili causa rescribere quem refert ⁊ sequitur fely. in. d. c. que in ecclesiarum. xxij. col. Et in tantum presumitur pro principe ꝙ non admittitur probatio in contrarium vt tenet Abb. post Ant. de But. in. d. c. que in ecclesiarum. v. col. ⁊ ludo. Roman. cons. cccxxxvij. Sed aduerte ꝙ non debet princeps licet possit homicidis ⁊ similiter delinquentibus saluum conductum dare cũ sint deo ⁊ hominibus exosi. d. l. nemo. C. de epis. aud. ⁊ in dicto §. neqꝫ autem homicidis in auctẽ. de man. princ. ⁊ si aliter facit sine causa grauiter peccat, vt sentit Ab. in. d. c. que in ecclesiarum vlt. col. ⁊ in. c. de multa de preben. Voluntas principis causa iusta & maxima est.

Cum princeps debeat terras sibi a deo commissas malis hominibus purgare vt in. l. preses ⁊. l. congruit. ff. de offi. presid. Nam qui malis parcit bonis nocet. vt not. in dicta. l. Nemo cum similibus. ꝟ Unde dicit paris de Principes homicidas remittentes sine pace male faciunt.

Puteo in tract. de sindic. in. iiij. car. in fin. quod male faciūt Principes qui remittunt penam homicidij in damnū rei publice et cōsanguineorum occisi cuius punitio esset eis consolatio .l. capitalium. §. fi. ff. de pen.

Princeps homicidas remittentes sine pace male faciunt.

Tertio ampliatur quod non solum princeps potest concedendo saluum conductum remittere illud ius publicum quod est ne delicta remaneant impunita. l. si ita vulneratus. ff. ad. l. aquil. et .l. omnes. C. de defens. ciuit. sed etiā funditus tollere ius subditorum si pro bono pacis et publica vtilitate saluum conductum hostibus concesserit vt in. l. si ita verberatum et ibi Ang. ff. de rei vend. et in. l. lutius. ff. de euict. et hostien. in summa de peniten. et remiss. §. fi. versiculo sed pone quod guerra. Quod intellige esse speciale propter pacem et publicam vtilitatem. secundum. Bal. et Ang. in. l. Bene a zenone. C. de quatrien. prescrip. v. Ubi pro pace habenda potest ciuitas alteri dare bona suorum ciuium et ita concludit. Bal. Paul. de cast. et moder. in. l. conuentionum. ff. de pac.. Quoniam pro bono pacis multa permittuntur contra Regulas iuris que alias non permitterentur, vt late declarat Fy. in Rub. extra de treg. et pac. Et an Priores et antiani ciuitatis sine auctoritate consilij possint dare saluum conductum et remittere iniurias populi vide Bar. in. l. ambitiosa. ff. de dec. ab ord. facien. et Bal. in. c. i. §. iniuria de pac. iur. fir. in vsib. feudorum.

Principes an possit tollere ius subditorum.

Ciuitas an possit ius ciuium tollere pro bono pacis.

Antiani vel priores an possint sine cōsensu consilii aliquid agere.

Et ista videntur decidere illam questionem que quotidie versatur in iudicijs an serenissimus. D. N. potuerit dum detinebatur in Arce sancti Angeli ab exercitu imperiali in capitulis damna et iniurias Roman. ciuium remittere. Quod videtur per premissa fieri potuisse. Cum sanctitas sua pro bono pacis et publica vtilitate suas et subditorum iniurias remiserit, ad quod facit bonus tex. in .c. et si necesse secundum vnum intellectum extra de donat. et Bal. nouel. in tract. de dot. in. ti. que stione principali versiculo reliquum est. Nisi ex aduerso diceremus quod sanctissimus. D. N. ab exercitu Imperiali iniuste detinebatur et propterea non poterat cum illis de exercitu contrahere quia contrectus meticulosus presumebatur vt est tex. et ibi Bar. in .l. qui in carcere.

Papa an potuerit remittere imperialibus damna & iniurias Romañ. illatas & data sine eorum consensu.

C. de exac. tribu. lib. x. ꝛ in. l. in carcere. ff. quod me cau. Bar. ꝛ Franc. de Aret. in. l. qui a latronibus. ff. de testa. ꝛ facit quod not. Cy. in. l. ij. C. quod me. cau. ꝛ Bal. in. l. falsus penult. col. C. de furt. vbi carceratus cum indebite incarcerante propter suspitionem metus non potest in eius fauorem contrahere: ꝛ dato miliesq; ex illo capite capitula non possent tolli. Tamen ex alio posset dici sanctitatem suam ad illorum obseruantiam non teneri Cum pro parte exercitus non fuerat quod promiserat adimpletum. Promiserat enim paucos post dies vrbem vacuam militibus dimittere quod nequaq; est obseruatũ immo in ea totus exercitus hyemauit neq; prophanis neq; diuinis rebus pepercit. Nimirum si sanctitas sua ꝛ Romani ciues ad illorum obseruationẽ minime obligantur: vt in. l. quero. §. inter locatorem ꝛ ibi Bar. ff. loc. Bal. in. l. in ciuilem. C. de rei vend. ꝛ facit l. si conueniat. ff. pro soc. vbi in contractu vltro citroq; obligatorio nõ teneor ad implementum nisi pars aduersa precise obseruauerit quod promiserat. Et in tantum hoc procedit q; etiam si iuramentum interuenisset sanctitas sua non obligatur vt in. c. iij. ꝛ ibi Inno. ꝛ Canonist. de iur. iuran. Quia frangenti fidem licitum est fidẽ frangere etiam iuratam. l. cum proponas la. ij. ꝛ ibi Moder. C. de pac. ꝛ in. l. qui fidem. ff. de transac. ꝛ si illi de exercitu peterent obseruationem capitulorũ tenerentur prius docere ex parte eorum fuisse capitula obseruata, vt in l. Julianus. §. offerri ꝛ ibi Bar. ꝛ doct. ff. de act. emp. ꝛ quod scriptum est hosti fides seruanda. intelligitur si hostis alijs fidem seruauerit secundum glo. notabilem in. c. noli. xxiij. q. i. ꝛ in. c. vtilem. xxij. q. ij. ꝛ Hip. de Mar. in suis singul. numero. clxxvij. Et dicit Bal. in. l. i. penul. col. C. vnde vi. q; nõ est graue neq; dolo ascribendum predonibus fidem non seruare, ꝛ vide que singulariter in materia nostra declarat. And. Sicul. in cons. lxxiiij. i. j. vol. quam cum ad presentem tractatum non pertineat aliter non prosequor. Neq; omittendum est q; non solum princeps: sed ciuitas habens iura Imperij ꝛ que nõ recognoscit superiorem potest dare Bannitis saluum cõductum ꝛ illos ad patriam reducere. arg. ad. l. religati ꝛ

Carceratus cũ carcerante an possit cõtrahere.

Fides frangitur frãgenti etiam si iuramentum interuenerit.

Fides est hosti seruãda si ipse illam seruat.

Tertia Declaratiõ.

Ciuitas superiorem non recognoscens an saluum conductum cõcedere possit & si potest per quem concedat.

ibi Bar. ff. de pen. Quoniam omnia potest ciuitas libera que princeps facere potest secundum. Bar. in. l. acta. §. amplianda. ff. de re. iud. & canonist. in. c. per venerabilem extra qui fil. sint legit. & Bar. in. l. infamem in fin. ff. de publ. iud. & facit bonus tex. in. c. super quibusdam extra de verb. sig. & in. c. cum te. de re iud. Et dicit Bar. in. d. l. infamem. q ciuitas libera potest condemnatum restitue re ad famam & ad honores, secũdum Alex. in cons. cxiiij. in. ij. vol. Sed circa hoc posset dubitari. an in ciuitate li bera saluus conductus debeat dari per Antianos & Pri ores ciuitatis an per illius potestatẽ. Ang. in. l. i. ff. ad. l. Jul. maiest. tenet q auctoritas dandi saluum conductũ sit solum penes Antianos & Priores ciuitatis quia An tiani & Priores representant totam communitatem, vt not. p Bar. in. d. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faciẽ. Et non solum ciuitas & populus alteri non subiectus po test dare delinquentibus saluum conductũ verum etiam quelibet ciuitas recognoscens superiorem dummodo habeat licentiam & potestatem a principe leges munici pales etiam in arduis condendi secundum Bar. in. d. l. relegati per tex. in. l. prohibemus. §. plane. ff. quod vi. aut clam. & idem tenet Bar. in. l. is qui reus. ff. de publ. iud. Sed contrarium tenuit saly. in. d. l. cum indulgen. C. de sent. pass. Dicens q nulla ciuitas que recognoscit supe riorem etiam q habeat potestatem in arduis statuendi potest bannitos affidare allegat tex. in. d. l. relegati. Ubi princeps sibi soli reseruauit posse bannitis dare securita tem & fortius contra Bar. arguit per tex. in. l. i. §. fi. ff. de quest. vbi damnatus per confessionem erroneam non po test nisi per principem liberari. multo magis non debet posse ciuitas inconsulto principe vere delinquentibus securitatem dare. Jmmo dicit saly. q tunc tẽporis erant alique ciuitates & aliqui magistratus qui habebant pote statem legis municipalis condende, vt not. per doct. in. l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & tamen illi magistratus nõ poterant bannitos restituere. d. l. relegati in fi. Et ad isto rum corroborationem videtur facere dictum Bar. in. d. l. i. §. fi. ff. de quest. Ubi in criminalibus solus princeps facere potest que gratiam & misericordiam erga reos de

Ciuitas libera an possit condemnatũ ad famam & honores restituere.

Priores & Antiani communitatem representant.

Quartą declaratio

Saluus conductus an possit cõcedi per habentes potestatẽ condendi legem.

linquētes concernūt. Ad hoc facit etiam tex. in sui ratione in. d. l. cum indulgentia. C. de senten. pass. Sed opinio Bar. videtur de iure verior. Quoniam si potest rector ciuitatis ex causa bannitum affidare. secūdum Bar. & immo. in. d. l. is qui reus. ff. de publ. iud. & inferius dicemus multo fortius debet posse ciuitas. Quoniam securitatem quam dat ciuitas videtur tacite princeps concedere cum dederit illi licentiam posse etiam in arduis statuere. Qr dicimus nr̄a facere quibus auctoritatē nostrā3 ipartimur. l. i. §. oia. C. de vet. iu. enu. & in. l. & si ptor. ff. de offi. eiuscui. mand. est iur. Et allegata in contrariū pcedunt qñ ciuitas sine cause cognitione & perpetuo bannitos assecuraret. Quod soli principi est reseruatum. d. l. relegati in fi. & . d. l. cum indulgentia. Unde dicunt doct. in. l. Imperium. ff. de iud. om. iuc. & in. l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Quod ciuitas que habet iurisdictionem & potest statuta condere videtur habere merū & mixtum Imperium & circa statutum ciuitatis videtur ea posse facere que princeps facere potuisset vt declarat paul. de cast. in cons. cccxxv. secundo vol. Quem refert fely. in d. c. que in ecclesiarum col. ix.

Rector ciuitas an possit bannitum affidare.

Ciuitas que habet potestatem condendi statutum videtur habere merū & mixtum Imperium.

Sed hoc primo limita quando princeps a ciuitate abesset. Quoniam tunc ciuitas potest dare saluum conductum. qui dari non posset si princeps esset presens. Qr propter presentiam eius suspenditur potestas ciuitates vt in simili dicit Bal. in. l. humanum. iiij. notabil. per illum tex. C. de leg. vbi licet ciuitas habeat potestatem legis condende tamen si princeps est in ciuitate requiritur eius approbatio alias statutum non valet, idem tenet Bal. in. l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. Quem refert & sequitur Jas. in. d. l. omnes populi. prima lectura col. penul. & dicit Inno. in. c. cum marcus ferrariensis extra de cōst. & Bal. in. c. adhec. de pact. iur. firman. Quod quando princeps est presens & incipit cognoscere de causis censetur tacite omnibus delegatis esse inhibitum ne vlterius illas cognoscant.

Secundo limita qr licet ciuitas habeat potestatem etiam in arduis statuendi non potest nisi cum cause cognitione saluum conductum delinquentibus dare, vt est de men-

Princeps conceden do ea que sunt spe cialiter reseruata quo modo intelliga tur talis concessio.

Saluus conductus perpetuus an possit concedi per haben tem iurisdictionem aut autoritatem a principe.

Saluus conductus perpetuus quando dicatur.

te saly.in.d.l.cum indulgentia.ij.col ꝛ Bar. in.d.l.relega ti ꝛ Inno .in.l.xv. qui reus.penult.col. Et est ratio quia princeps concedendo inferiori aliquid quod est sibi spe cialiter reseruatum semper intelligitur concedere ut illud exerceretur cum debita cause cognitione ꝛ non cum illa plenitudine potestatis cum qua concedens exercere potuisset. Secundum Inno.in.c.cum admonasterium in ver. nisi ex causa in fi. extra de statu.mon.ꝛ in.c. veniens in glo. prima de fil.presbit. ꝛ Abb.in.c. at si clerici. §.adulterijs de iud.ꝛ Bal.in.l.si testamentū. C. de testa. ꝛ dicit Bal.in.l.ij.x. col.C. de seruit.ꝛ aqua.quod si princeps dat potestatem comiti spurios legitimandi non intelligitur per hoc concessa facultas preiudicandi legitimis sed debet intelligi sine iniuria alterius. Idem tenet Bal. in.c. domino guerram in titulo sic finit.lex.cor. in vsibus feud.

Tertio limita in saluo conductu temporali secus in perpetuo. quod est soli principi reseruatum secundum Lu do. Roman. in .d.l. possideri.§. si seruus.ff.de acq.poss. iij. col.per tex. in.d.l.relegati ꝛ .l. qui cum vno.§.ad tempus.ff.de re.mil. ꝛ Ang.in.d.l.vtimur .ff. de sepul. viol. Et est ratio quia per saluum conductum perpetuum videtur ciuitas tollere sententiam prius latam contra tex. in.l. iudex .ff.de re. iud.ꝛ in.c. in his extra de offit .delegat. quam solus princeps tollere potest,vt in.d.l.i.§. fi. ff. de quest.ꝛ faciunt dicta per saly.in.d.l. cum indulgētia vbi perpetua remissio homicidij est de principi reseruatis cū solus princeps possit cum voluntario homicida dispensare: secundum Abb. in.d.c.sicut dignum.iij.col. ꝛ in.c. ad audientiam extra de homicid. ꝛ facit tex. in dicto .§. neq; autem homicidis in aut.de mand. princ.

Quarto limita in saluo conductu ad breue tempus quoniam ad longum tempus solus princeps potest bannitos affidare . quia perpetuo dicitur manere quod longo tempore durat . vt not. in Rub. ꝛ in.§. i. inst.de per.ꝛ temporali. act. ꝛ in.l. i.ff.pro soc. Et ad hoc facit doctrina Bar. ꝛ Reph. ful.in.l. conuentionum .ff. de pac. vbi capitaneus qui gerit bellum nomine alterius non potest facere treguas ꝛ inducias cum hostibus nisi ad breue tempus nec

pus nec eisdem dare securitates nisi breui tempore du raturas & ad hoc notabiliter facit tex. in. d. l. quotiens. C. de prec. princ. offeren. vbi dilatio ad soluendum non potest dari debitori nisi ad breue tempus alias si ciuitas posset dare securitatem delinquentibus ad longum tempus eluderetur potestas principis cum posset dare saluum conductum adeo ad longum tempus q vim vere remissionis obtinere contra tex. in. d. l. relegati in princ.

Moratoria ad quod tempus dari possit.

Sed circa istas limitationes diligenter est aduertendum ad verba facultatis illius ciuitatis cui est per principem indultum etiam in arduis statuere. Quoniam si in facultate sint aliqua verba apta comprehendere casus princi pi reseruatos vt si dicat & ea possis facere & gerere que nos & Romani. Reges & Imperatores facere & gerere possumus de plenitudine potestatis vel similia verba & tunc crederem ciuitatem posse non solum temporales sed etiam ex causa perpetuam bannitis securitatem dare & illos ad patriam reducere. d. l. relegati & d. l. ad bestias. §. fi. ff. de pen. Quoniam per illa vel similia verba videtur concedi casus alias principi reseruatus vt late declarat fily. in. d. c. que in ecclesiarum. xiij. col. & ita intelligit dictum Pau. de cast. in. d. cons. ccxxv. licet alias in generali concessione non veniant ea que sunt principi reseruata vt tenet Pet. de Ancb. in cons. ccccxxvij. incipien. visis diligenter actis & actitatis &c. & Abb. in cons. lxi. incipien. saluatoris eiusque genitricis &c. Si vero in concessione non sint verba apta comprehendere casus principi reseruatos indistincte tenerem non posse ciuitatem perpetuos saluus conductus concedere per ea que supra dicta sunt.

Ciuitas an & quando possit perpetuum saluum conductum concedere.

Ulterius aduertendum est q non solum pot princeps homicidis & delinquentibus saluum conductum dare sed et hostibus vt not. in. d. l. conuentionum & ibi Bar. & doct. ff. de pac. & in. l. i. §. non fuit iuncta glo. in ver. hoste. ff. de dolo. vbi hosti fides seruanda est sm Bar. in. l. i. ff. ad. l. Jul. maie. & imo. post bar. in. d. l. xv. q reus. ff. de publ. iud. col. penul. sed hoc dicas tm proceder in princ. q facit bellum noie proprio secus si esset capitaneus q gereret bellum noie alterius. qm

Quinta declaratio. Hosti an sit fides seruanda.

Capitanei belli qui sub aliquo principe militent an possit hostibus saluum conductum concedere vel cum eis treguas vel pacem facere.

talis capitaneus hostibus dare saluū conductū n pōt ne q3 cum eis in consulto principe pacem vel treguam facere. vt declarat Bal. Ang. Alex. ⁊ moder. contra Bar. in. d. l. conuentionum ⁊ canonist. in. c. cum olim extra de restit spol. ⁊ pro hoc bene facit tex. quem contra Bar. allegat Ang. in. l. qui Rome. §. callimachus. ff. de verb. oblig. vbi deputatus ad exigendum ⁊ ad solutionem recipiendam non potest dilationem concedere vel terminum solutionis prorogare secundum communnem opinionem de qua per doct. in. l. fi. §. si quis processus. ff. de publ. Et est ratio quia ille cui simpliciter est commissum gerere bellum non potest pacem vel treguam facere nisi hoc sibi specialiter committatur vt in. l. mandato generali. ff. de procur. Hinc est q Imperator vel aliū christiani principes non possunt sine auctoritate sedis apostolice infidelibus dare saluum conductum vel cum eis treguam vel pacem facere. Quoniam in spectantibus ad fidem nemo potest in consulto Romañ. Pontifice se immiscere vt declarat Inno. in. c. quod super ex̄ de voto. Sed hoc primo limitatur nisi capitaneus haberet mandatum cum libera ⁊ tunc posset hostes affidare per not. per Bar. ⁊ doct. in. d. l. qui Rome. §. callimacus. Secundo nisi saluus conductus daretur ad aliquod breue tempus ob necessitatem belli vt sepellirentur cadauera vt restauraretur exercitus secundum Raph. fulg. Alex. ⁊ moder. in. d. l. conuentionum ⁊ ratio est quia quando aliquid conceditur videtur esse concessum omne id sine quo illud commode exerceri non potest vt in. l. ij. ⁊ ibi not. ff. de iur. om. iud. ⁊ in. l. ad rem mobilem ⁊ in. l. ad legatum. ff. de procur. Tertio limitatur nisi talis capitaneus esset locum tenens principis quia tamq3 princeps omnia posset secundum Bar. in. d. l. iij. a prefecto. ff. de leg. iij. ⁊ in. l. ij. post glo. C. de offi. eius qui vicem alt. ger. ⁊ Alex. in Rub. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. vt refert Jas. in. d. l. conuentionum. ij. col.

Procurator constitutus ad exigendum non potest dilationē concedere.

Sed circa hoc posset dubitari an capitaneus qui gerit bellum nomine alterius possit bannitum vel delinquentem affidare Bar. ⁊ Bal. in. d. l. conuentionum tenent partem affirmatiuam contrariam vero sequitur ibidem

Ang. Alex. et moder. cum capitaneus habeat mandatum limitatum ad gerendum bellum non autem ad concedendum bannitis saluum conductum vt in. d. l. qui Rome. §. callimacus. sed pro concordia dicendum est aut capitaneus vult ex causa dare saluum conductum bannito et sine dubio potest. Puta quia bannitus vult iudicare transfugas reuelare secreta hostium vel similia vt est tex. not. in. l. omnes. §. fi. ff. de re milit. et hoc videtur comprehendi in mandato capitanei quantuncunque limitato arg. d. l. ad rem mobilem et. l. ad legatum. ff. de procur. et ita de plano procedit opinio Bar. et Bal. Aut capitaneus sine causae cognitione vult dare saluum conductum bannito et tunc indistincte non potest et ita intellige sententiam moder. in. d. l. conuentionum per tex. in. d. l. relegati in fi. et in. d. §. neque autem homicidis in auct. de man. princ. Sexta declaratio.

Et non solum in criminalibus potest princeps concedere saluum conductum homicidis et delinquentibus, sed etiam in causa ciuili debitoribus aduersus suos creditores. Quoniam si aliquis ex forma statutorum propter debitum non solutum esset positus in banno de quo per specul. in titulo de pri. decret. §. ij. in fi. vel alias esset fugitiuus nulli dubium est quod princeps potest dare tali debitori bannito saluum conductum ne per bannientem vel per suos creditores molestetur qui vulgariter dicitur moratoria vt est bonus tex. secundum vnum intellectum et ibi glo. et communiter omnes doct. in. d. l. quotiens. C. de prec. princ. offeren. et in. l. si a te. iuncta glo. in ver. petis. C. de pac. inter emp. et vendit. Moratoria.

Sed hoc primo limita in saluo conductu temporali secus in perpetuo quia per saluum conductum perpetuum funditus tolleretur ius tertij quod princeps sine causa rationabili non potest facere, vt declarant doct. in. l. fi. C. si cont. ius vel vtil. publ. et in. l. rescripta. C. de prec. princ. offeren. et per canonist. in. d. c. que in ecclesiarum. extra de consti. ¶ Secundo limita in saluo conductu ad breue tempus quoniam ad longum non potest per principem debitoribus saluus conductus dari vt tenent Saly. Bal. Paul. de cast. et moder. in. d. l. quotiens. quia modica dilatio parum ledit ius creditoris. l. si debitori. ff. de iu.

Princeps an possit tollere ius tertii.

Moratoria vulgariter dicta seu dilatio ad longum tempus an possit concedi.

⁊.l. quod diximus. ff. de solut. ⁊ quo ad modicū preiudiciū pōt princeps contra ius tertij rescribere vt ꝑbat tex. in sui ratione in. d. l. quotiens ibi sine graui partis alteri⁹ dispendio ⁊c. ⁊ vide bal. in. l. ex hoc facto. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ Abb. in. c. suggestū. iij. notab. extra de decim. Et ista impotentia principis in concedendo saluo conductu perpetuo vel longo tempore duraturo procedat ex defectu voluntatis quia princeps non vult vel ex defectu potestatis quia non possit vide Bal. Paul. de cast. ⁊ moder. in. d. l. rescripta. C. de prec. prin. offeren. Et quando dicatur saluus conductus concedi ad breue vel ad lōgū tēpus vide Paul. de cast. in. d. l. quotiens in fi. ⁊ glo. ⁊ Bar. in. l. i. §. quod autē. ff. de superficie ⁊ doct. in. l. si filio. §. fi. ff. solu. matri. Et adhoc adde bonum textū in. §. sꝫ neqꝫ in auten. de mand. princ. vbi ꝑbatur ꝙ securitas in causis ciuilibus non debet dari vltra. xxx. dies ⁊ ratio est quaꝫ ibi assignat tex. ne perpetuo sint adinuicem hominumꝫ contentiones ⁊c. ⁊ ibi not. Jac. de bel. in. ij. col. iij not. ⁊ videas glo. notab. in. d. l. si debitori in ver. modicū vbi dicit modicū tēpus magis intellectu cōprehendi ꝙ̄ elocutione exprimi potest.

Longū tempus in saluo conductu quomodo consideratur

Tertio limita in debitore q ex simplici promissione vel contractu est obligatus secus si contractus esset iuratus qꝛ tunc Imperator vel alius princeps secularis per lr̄as salui conductus non posset iuramentū tollere. vel illius effectū suspendere. Ita ꝙ debitor euitet penam per iurij nō soluendo, sꝫ in hoc fuerunt opiniones. naꝫ glo. in. l. adigere. §. fi. ff. de iu pat. dicit ꝙ lex habet vim apostolici vt possit iuramentum remittere pro qua facit tex. in. l. fi. ff. de re. mili. ⁊ in. l. fi. ff. ad muncip. in princ. ⁊ Bal. in. l. nec patronus. C. de oper. lib. vbi dicit ꝙ lex ciuilis potest remittere iuramentum ex causa, sicut possit remittere Papa. Et istam opinionem tenuit Guid. Papc. in quest. cxciiij. Sed in contrarium est veritas quoniam cum iuramentum sit quid spirituale ad ecclesiam spectat vt in. c. omnes. xxxij. quest. ij. ⁊ scriptum est Reddite sacramenta vestra deo. c. debitores. c. ⁊ si Christus extra de iu. iur. Et princeps secularis non potest contra ius diuinum dispensare vt not. per Doct. in. d. l.

Laicus iudex an cōcedat dilationes ad soluendum debitum iuratum.

Princeps an possit contra ius diuinum dispensare.

rescripta. ⁊ per Canonist. in .d. c. que in ecclesiarum ⁊ per Cy. ⁊ saly. in .d.l. fin. C. si con. ius vel vtil. publ. ⁊ istam sententiam sequitur omnis schola scribentium vt late refert Steph. aufre. gal. in rep. Clemen. vt clericorum de off. ordin. in Regula .iiij. fallen. iiij. ⁊ per Alex. in cons. xxxviij. ⁊ in cons. cij. vol. iiij. ⁊ late per Jaso. in auten. sacramenta puberum C. si aduersus vend. penult. col. ⁊ pro solutione contrariorum vide Stepha. Gal. in loco supra allegato Bal. ⁊ saly. in .d. l. nec patronus ⁊ in .l. fi. C. de non num. pecun. Et propterea apparet istam. iij. limitationem esse veram q̄ princeps non possit dare saluum conductum debitori per contractum iuratum obligato: vt in specie loquens de saluo conductu tenet Alex. in cons. cccl. in fi. ij. vol. ⁊ Pau. de Cast. in cons. ccciij. i. vol.

Sed ista Regula fallit in Romano Pontifice qui potest iuramentum remittere ⁊ illius effectum suspendere vt per Docto. in .d. c. per venerabilem: ⁊ in. c. nouit. extra de re indic. ⁊ per hostien. in. c. quemadmodum extra de iur. iuran. Quod intellige esse verum si in litteris salui conductus fuerit narratum contractum esse iuratum. quia alias debitori tamq̄ surreptitie non suffragarentur: vt sentit Cy. Saly. Post Jac. But. in. d. l. fin. C. si con. ius vel vtil. publ. Quoniam si Papa sciuisset contractum esse iuratum difficilius vel nullo modo rescripsisset, vt in. c. postulasti ⁊ ibi Doct. ⁊ late per fil. in. c. super litteris extra de rescript. Et ideo cauti procuratores in fine rescripti ponunt illam clausulam iuramento ⁊ aliis contrariis non obstant. Quod videtur posse limitari nisi Papa motu proprio ⁊ ex certa scientia concederet litteras salui conductus quia licet in eis non fiat expressa mentio de iuramento valerent ⁊ effectum sortirentur. vt not. Doct. ⁊ precipue moder. in. d. l. rescripta ⁊ in. c. si motu proprio de preben. in. vi. cum similibus ⁊ vide Phil. Dec. cons. v. inter consilia. xl. vltimo loco impressa.

Saluus conductus seu dilatio concessa super debito iurato cum iuramento, non facta mentione iuramenti an valea.

Motus proprius principis tollit subreptionem que resultat quia non fuit dictũ obligationem iuratam.

Et aduerte q in casibus in quibus diximus principem posse dare debitoribus saluum conductum debitor debz dare idoneos fide iussores de soluendo in fine termini alias saluus conductus sibi non suffragatur vt est tex. et ibi doct. in l. vniuersa C. de prec. princ. offeren. et Ale. in indiuiduo loquens de saluo conductu in d. cons. cccl. ij. vol. ¶ Et in tantum necessitatur debitor qui vult vti litteris salui cõductus dare fideiussores q princeps istaz cautionem in rescripto remittere nõ potest vt tenet saly. post glo. in d. l. vniuersa. Quoniam cũ princeps in vno grauauerit creditorem dando dilationem debitori in alio voluit ipsum releuare: vt debitor caueat creditori de sol uendo in fine termini ne ita graui dispendio creditor affi ciatur vt not. in d. l. quotiens.

Dilatio seu moratoria concessa debitori ad soluendum non extenditur ad debitum Fiscale.

Quarto limitatur in debito Fiscali. Nam saluus condu ctus datus a principe debitori non se extendit ad debi tum Fiscale: et illo non obstante poterit debitor per pro curatorem fisci conueniri vt in §. publicorum in aucten. de mand. princ. et declarat Bar. lauden. in tract. de fis co quest. cxciiij. vbi allegat Ang. in cons. ccxxx. et Bar. in cons. clxix. incipien. statutum ciuitatis tuderti in princ. Quod dictum amplia et extende non solum ad de bitum Fiscale ratione tributorum sed etiam ad debitum ratione delicti vt tenet idem Bar. lauden. in dicto tra. de fisco quest. cclxviij. et in tract. priuill. et rescript. que. xiiij. et facit dictum Bal. in l. i. C. de nundin. vbi secu ritas data in nundinis non tuetur debitorem ratione de licti vt in l. ij. C. de exhib. reis. secundum Bal. in cons. cccc. in primo. vol. vbi per multas rationes tenet securi tatem concessam debitoribus ad delictum nec ad debi tum occasione delicti posse extendi.

Saluus conductus concessus alicui nõ extenditur ad debitum cum fisco & ratione delicti.

uersa.sm̄ ale. & mo.i.d.l.cū ꝑponas.C. d pac.sꝫ tu teneas

Saluus conductus an possit ei qui post impetrationem aliud delictum commisit.

Fides non est seruanda illam frangenti.

opinionem Ludo. Rom. tanq̃ de iure veriorem. Quoniam nul i dubium est q̃ per delictum commissum facta est iniuria reipublice vt declarat Aret. in dicto tract. de malef. in glo. in ver. hec est quedam inquisitio circa finem ꝛ iudex concedendo saluum conductum videtur suspendere vel remittere iniuriam sibi factam ꝛ cum delinquente pacem facere. Et si per nouum delictum iterū respublica offendatur videtur pax expirasse secundum moder. in. d. l. cum proponas ꝛ phil. dec. in. d. c. constitutus in fine ꝛ offendens propter nouam causam non dicitur rumpere pacem secundum Bar. in. l. aut facta. §. causa. ff. de pen. ꝛ in. l. quero. §. interlocutorem. ff. loc. ꝛ sic apparet q̃ fides est circa idem ꝛ non circa diuersa ꝛ istaȝ opinionem Ludo. Rom. contra Phil. dec. tenet Mel. in dicto tractatu de bannitis in. ij. par. ij. temp. quest. xvi ꝛ phil. cor. in cons. clxxv. in primo vol. ij. col.

Pax an rūpatur propter nouam causam

Secundo limitatur nisi propter saluum conductum magnum scandalum in ciuitate oriretur quia tunc saluus cōductus seruari non debet secundum Par. de put. in. d. tract. car. lxxij. §. sed propter scandalum ꝛ allegat dictū specul. in tit. de inquis. §. quando autem ver. vtrum autem vbi propter scandalum vitandum multa fieri possunt contra regulas iuris. que alias fieri non possent ꝛ dicit Abb. in. d. c. que in ecclesiarum q̃ non est principi parēdum si futurum scandalum timeatur ꝛ facit tex. singularis in. c. si. de heret. in. vi. q̃ propter scandalum vitandum parti non sunt danda nomina testium licet alias ne tollatur defensio dari debeant vt in. c. qualiter ꝛ quando el. ij. extra de accusat. ꝛ ad hoc dicit esse singularem illū tex. Abb. in. c. cum J. extra de re iud. sed ego non crederem conclusionem Par. de put. ita indistincte esse veram. Si enim bannitus per principem vel iudicem cum cause cognitione assecuratur ꝛ dubitatur ne propter potentiam hominis ꝛ partialitatem status ciuitatis subuertatur. arbitrarer vnicuiq̧ licere assecuratum capere detinere vel alias ipsum a ciuitate expellere donec princeps vel iudex consulatur arg. d. c. si quando extra de rescrip. ꝛ in. l. nemo. C. de sent. ꝛ inter om. iud. vbi quando princeps aliquid rescribit quod non est rationabile iudex nō

Propter scandalum multa conceduntur que alias non concederentur & multa negantur que non essent neganda.

debet rescriptum exequi sed principi rescribere quare iussionem suam non adimpleuerit: quia multotiens princeps propter importunitatem petentium multa preter suam voluntatem non concedenda concedit vt in. l. i. C. de pet. bon. subl. et in. c. cum iuuentute. extra de pur. can. Et semper in quolibet priuilegio et qualibet concessione intelligitur publica vtilitas excepta vt in. l. iubemus el. i. et ibi not. Bal. C. de sac. sanc. eccl. et in. l. si quis in graui. §. hi quoque. ff. ad silleia. et declarat And. sicul. in. c. nõ epistole de probat. col. viij. sed propter scandalum futurum non poterit talis bannitus assecuratus interfici vel vulnerari ne sub illa fide publica decipiatur secundum Bart. et Doct. in. l. i. ff. ad. l. Jul. maie. et re integra debemus iussionem principis expectare arg. l. si vendicari. C. de pen. et notant doct. in dicto. c. si quando de rescri. Tertio limitatur si delinquens bis fuerit a ciuitate pro duobus delictis capitalibus bannitus. Quoniam licet habeat de vno saluum conductum. Nihilominus potest de ambobus puniri vt declarat Bar. in. d. l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de no. oper. nunc. in fine. Sed Ang. Ludo. Roman. et Raph. fulg. in dicto. §. si in pluribus tenuerunt securitatem esse seruandam ne bannitus sub fide pretoris decipiatur ar. g. l. i. C. de his qui ven. etat im pet. et quemadmodum Banna separatim fieri possunt pari ratione separatim debent posse tolli. arg. l. pro vt quisque. ff. de solut. Sed sententia Bar. est verior et communior secundum Alex. et moder. in dicto. §. si in pluribus quia licet per saluum conductum tollatur vel suspendatur primum bandum nihilominus remanet ex secundo delicto bannitus et sic hostis ciuitatis et propterea non est capax alicuius beneficij vt in. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimin. Sed verum est vt dicit Bar. in dicto. §. si in pluribus quod si bannitus obtinuerit postea saluum conductum pro secundo delicto quod primus conualidabitur cum amplius non possit dici hostis ciuitatis. Sin autem iudex sine legis auctoritate et cause cognitione securitatem prestiterit non tenetur illam seruare sed poterit delinquentem affidatum punire secundum distinctionem quam facit Jac. de bel. in dicto. §. neque autem homicidis Bal.

Publica vtilitas intelligitur in quolibet priuilegio & qualibet concessione reseruata.

Habens saluum conductum de vno homicidio & duo commisit potest de ambobus puniri.

Bannitus pro homicidio an sit capax beneficiorum prouenientium ex forma statutorum.

in.d.l.i.§.non fuit.ff.de dolo.immo.& doct.in.d.l. is qui reus.ff.de publ. iud. Al.et.in.§. preterea el.i. inst.de act. vij. col. & late per Par. de put. in.d. tract. car. cxxxij. ver. saluus conductus. Et in tantum saluus conductus sine legis auctoritate concessus non debet seruari q si iudex iurauerit assecuratum non molestare non ligatur iuramento vt notabiliter inquit Bal.in.c.i.§. Itē sacramenta vlt. col. de pac. iur. firman. quem refert Iaso.in d.l. conuentionum.ij.col. & And. de caze. in additionibus ad fily. in dicto .c. accedens el.ij. extra vt lit. non contest. Et potest esse ratio quia cum lex non assistat illi securitati dicitur esse bonus dolus quo delinquentes decipiuntur vt delicta puniantur.d.l.i.§.non fuit. Unde dicit Cy. in.d. l. presenti .C. de his qui ad ecclesiaz confug. & Iac. de bel. in dicto .§. neqz autem homicidis in fine q bene facit iudex qui affidauit bannitum & illum postea capite puniuit. Cum malitijs hominum liceat etiam cum malitijs & fraudibus obuiare vt not. in.c. sedes appostolica extra de rescript. & in .l. fundo .ff. de rei vend. & late per Hippo. de Mar. in dicto singul. nu. clxxvij. in principio & ita debet intelligi tex. in dicto .§. neqz autem homicidis in auten. de mand. princ.

Saluus conductus ite iuratus sine legis auctoritate concessus non est seruandus.

Dolus duplex bonus & malus.

Iudici an liceat quē sub fide decipere.

Et ista faciunt ad illam questionem que quotidie occurrit in pratica consueuit iudex cum videt reum negantem promittere impunitatem vt confiteatur delictum dubitatur an reo confesso debeat impunitas promissa seruari. Archi. & dom.in.c.nos in quemqz .ij.q.i. tenuerunt impunitatē non esse seruandaz cum liceat iudici causa veritatis indagande aliquid simulare vt in.c. affert.extra de presump. vnde dicit idem Archi. in.c. vtilem.xxij.q.ij. q Alexander papa tertius cuz processisset contra quendaz episcopum simoniacum promisit in secreto si publice confitebatur q cum super dicto crimine dispensaret & q statim ille episcopus fuit confessus delictum coram cardinalibus papa Alexander deposuit eum & istud dictum Archi. refert & sequitur fely.in.d.c.afferte.in princ.& in. d.c.accedēs el.ij.extra vt lit.non contest.& istaz opinionē tenuit Inno.in.d.l.is qui reus in fi.& Hippo.de mar. in.d. sing.clxxvij.& Phil.de.in.d.l.vnica.C.de sen. que pro

Reus qui spe venie promisse delictū cōfitetur an possit vigore dicte confessionis puniri.

Alex.pap.iii.promisit immunitatem episcopo in secretis si simoniam confitebatur & postea eum decepit.

Bona est simulatio per quam veritas reperitur.

eo.quod inter.in.iiij.col.ver.septimo nota.vbi dicit bo- nam esse simulationem per quam veritas reperitur vt in c.si quelibet culpa .xxij.q.ij.vbi apparet deum simulasse dum voluit animum Abraham cognoscere et inquit tex. in.d.c.vtilem.xxij.q.ij. q etiam viri iusti quandoqz simu- lare possunt.sed tu vltra Phil.dec. Adde Par.de put. in.d.tract.car.clv.in ver.tortura in.§.iudex non tenetur impunitatem promissam seruare q si iurauerit non liga- tur iuramento cum sit contra bonos mores prestitum .c. non obligatorium de reg.iu.in.vi.cum malis promissis fi dem non expediat obseruari et pacta contra publicam vti litatem et sacramenta desuper prestita non sunt seruanda secundum Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideius. et doct. in.c.i.extra de pact. Sed aduertendum est q contrariuz aperte tenuit immo.in cons.cix.incipien.visa inquisitio- ne etc.vbi confessio extorta per iudicem a reo sub promis sione impunitatis non obligat confitentem. Idem tenuit Par.de put.ind.tract.car.cviij.in.§. sequitur quotidia- na questio.vt refert Hippo.de mar.i.d.pratica.§.postq̃ num.xvi.et in suo singulari nom. cci. Et est ratio quia re us videtur confiteri non pro veritate sed dolo et persua sione iudicis et illa confessio tanq̃ erronea potest reuoca ri vt not.per moder.in.l.error.C.de iu.et fact.ignor.sed Hippo.de mar.in.d.sing.num.cci. incipien.in confessum videtur sentire q confessio sub spe gratie facta si fuerit ratificata obliget confitentem sed hoc salua reuerentia non est verum.Quoniam illa persuasione quia fuit in- ductus reus ad confitendum eadem potuit verisimili- ter induci ad ratificandum secundum Bar. et Doct. in l. filiebus .§. idem quesiuit per illum tex . ff. de cond. indeb. Veruntamen vt arbitror, pro concordia istaruz opinionum hoc modo est distinguendum . Aut appa- ret confessionem esse veram . Aut apparet confessio- nem esse falsam . Aut dubitatur . Primo casu si reus sub promissione impunitatis confiteatur delictum quod constat per testes vel per inditia indubitata commisisse . et tunc quia reus nolebat aliter confite- ri licuit iudici etiam sub spe impunitatis ipsum deci- pere iuxta notata in dicto.capitulo . sedes appostolica

Simulatio quando- q etiam iustis iuris promittitur.

extra de rescrip. τ licuit iudici pro habenda veritate gratiam simulare vt in.d.c. afferte extra de presumpt. Nec tenetur iudex illam seruare cum sine legis auctoritate impunitatem promiserit vt in.l. ius publicum. ff. de pac. τ in.l. iurisgentium .§. paciscar. eo. tit. Quoniam in fortioribus terminis potest iudex bannito dare saluum conductum τ postea illo pendente ipsum decapitare secundum Cy. in.d.l. presenti. C. de his qui ad eccl. confug. τ Ja. de bel. in dicto .§. neque autem homicidis in fine. Et lex permittit aduersus delinquentes dolos τ fraudes insirmi vt delicta puniantur vt not. in.d.l.i.§. non fuit. ff. de dolo. τ non refert quomodo habeatur veritas dummodo inueniatur vt in.l. cum seruus. ff. de verb. oblig. τ in.l.ij. C. de aliment. pupil. prestan. Et non curamus de modo dummodo habeamus effectum vt in.l. fi. C. que sub. mod. τ vide Hippo. de mar. in dicta pratica in .§. secunda per totum vbi multa ad propositum accumulat. τ ad hoc facit manifesta ratio. Quoniam si licet iudici homines excoriare excarnificare τ torquere pro eruenda veritate. vt in toto tit. de quest. quare non permittitur iudici promissionibus blanditijs τ fallacijs veritatem indagare. Nam persuasiones sunt quandoque adeo efficaces quod compellunt reum ad confitendum veritatem secundum Cy. in.l.i. C. de rapt. virg. τ not. in.l. si quis seruo. C. de fur. multi enim vt mihi euenit in facto potius persuasionibus quam tormentis delicta confessi sunt arg. l.i. §. persuadere. ff. de ser. cor. secundum Par. de put. in dicto ver. tortura. §. nunc aduertendum est τ in.d. ver. saluus conductus in fine. §. sequitur quotidiana questio. quem locum corrupte allegauit. Hippo. de mar. in .d. pratica in. §. postquam numero. xvi. τ in.d. sing. num. cci. cum ibi aperte sentiat Par. de put. contra Hippo. de mar. confessionem sub spe gratie extortam obligare confitentem.

Modus non curatur vbi effectus habetur.

Iudex pro veritate habenda potest homines excoriare.

Secundo casu si reus sub spe gratie confiteatur τ constat delictum non esse verum vel alium deliquisse nulli dubium est quod ex tali confessione reus non obligatur cum videatur potius sub spe impunitatis quam pro veritate confessum fuisse per ea que notan. in.d.l. error. C. de iu. τ fact. igno. τ in.c. sane extra de renunc. τ dicit Bal. in.

l.C. de err. cal. q confessio erronea licet milies ratificata potest reuocari vt in.l.cum falsa.C. de iur. et fact.ign. Tertio casu si dubitatur de veritate confessionis cum ex circunstantijs et indicijs non possit de veritate constare, et reus confessioné reuocauerit dicendum est talem confessionem non obligare confitentem cum in dubio benignior pars sit accipienda vt in.l.in penis et.l. absentem. ff.de pen. Et ita loquitur Immo. in dicto.cons. cix. Quoniam regula que dicit q licet cum malitijs malitias repellere intelligitur quando constat de malitijs.secundum moder.in.d.c. sedes apostolica extra de rescript. et Bal. in dicto cons.ccccxiiij.in.v.vol. secus si non constaret de malitijs quia tunc nō licet homines cum malitijs illaqueare vt legitur et notatur in.l. item si pretio.§. fi.ff. loc.et extra de renunc.in.d.c. sane. Ex his ergo habes veritatem istius conclusionis quam nouissimi fortasse non inuenerunt. Concluditur ergo q saluus conductus datus sine legis auctoritate non est seruandus sed poterit illo non obstante reus assecuratus puniri. Et propterea caueant homicide et alij delinquentes qui per magistratus vrbis sine cause cognitione affidantur. Possent enim si iustitie et non fauoribus esset locus ad carceres trahi et debitis supplitijs puniri. Et aduerte q licet rigor iuris positiui iudici permittat bannitium sine legis auctoritate affidatum decipere et ei fidem datam non seruare tamen hoc iuri naturali non conuenit. Cum nephas sit hominem homini insidiari.l. vt vim.ff. de iu. et iur. et maiestaté iudicantis non decet sub fide publica hominem quamuis reprobum prodere multa enim in iure permittuntur que cum decentia et honestate fieri non possunt.l. semper in conuentionibus.ff. de rit.nup. et in.c.cum non deceat de elect.in.vi. videmus enim q licet contrahentibus inter se decipere.l.in cause cognitione.§. idem Julianus.ff de mino.. Et tamen non decet honestum virum aliquem contrahendo circumuenire. secundum glo.in.l. semper. ff.de re iud. quam reputat singularé Bal. in aucten. ad hec.C.de vsu.et in.c.causam que de testi. Et mendaciū de iure diuino omni casu est prohibitum vt in.c.i. xxij.q. ij.secundum card.in clemen.i.de iur.iuran.

Malitias licet malitiis repellere.

Nephas est hominé homini insidiari.

Non omne quod licet honestum est.

Mendacium de iure diuino omni casu prohibitum est.

Extraneus est melio conditionis q̄ subditus.

Si vero iudex extraneo ꝛ sibi non subdito securitatem dederit Jac. de bel. in .d.§. nec autem homicidis post longam distinctionem tenuit securitatem esse seruandaꝫ d.l.i.ff.de const. pec. Quod fallit secundum ipsum si ista fides non fuerit sollemnis quia tunc de equitate tantum iuris canonici debet seruari.l.iurisgentium.§.igitur ꝛ.§. quin immo .ff. de pact. ꝛ in.c.i. extra eo.tit. Et istam distinctionem Jac. de bel. secutus fuit immo.in.d.l. is qui reus in fine ꝛ Aret. in dicto .§. preterea inst. de act. in .vij.col. Et aduerte ꝙ Jac. de bel. intelligit securitatem esse sollemnem quando sollemni stipulatione fuit vallata secus si pacto nudo fuit promissa vt declarat immo. in. d.l.is qui reus in fi. ꝛ propterea concluditur secundum prefatos doct. ꝙ securitas data non subdito saltim de iure canonico semper est seruanda .· Et est ratio quia cum iudex qui dat securitatem non sit iudex suus ꝛ per ipsuꝫ puniri non possit vt in.l.i.C. si non a comp. iud . ꝛ in.l. i.C. vbi de crim. agi. opor. cessat ratio publice vtilitatis vt delicta non remaneant impunita .d.l. si ita vulneratus.ff.ad.l.acquil. sed tu adde ꝙ licet essemus in terris imperij ꝛ inter laicos vbi ius canonicum non seruatur. Nihilominus si securitas pacto nudo per iudicem non subdito concederetur deberet de equitate iurisgentium seruari. Quia pactum nudum licet de iure ciuili non pariat actionem .d.l.iurisgentium.§.igitur ꝛ.§.quin immo . tamen debet secundum precepta iurisgentiū seruari secundum Ant. de but. in.d.c.que in ecclesiarum extra de const. quod dictum refert ꝛ sequitur Alex. in .l. quintus in appost.ad.Bar.ff. mand. ꝛ in lectura in.d.l. iurisgentium .§. sed cum nulla in fine. Unde dicit Bar. in.d.l. quintus ꝙ verecundia est negare quod pacto nudo quis promisit . quem refert Hippo. de mar. in suo singul. num. cxlviij. Et ad hoc facit dictum Pau. de cast. in.l.i.ff.de pact. vbi pax vel tregua facta pacto nudo debet seruari ac si fuisset sollemni stipulatione vallata sed hoc limita ꝛ intellige dummodo securitas non concedatur cum damno ꝛ iniuria alterius vt not.in.d.l.ij.§. merito ꝛ.§. si quis a principe .ff.ne quid in loc. publ. Quia tunc sine cause cognitione non posset iudex alienum

Pactum nudum an pariat actionem.

Verecūdia est quod pacto nudo quis promittit.

subditū

subditu affidare. Nam si iudex Bononie decerneret represalias cōtra florentinos nō posset ipsos in preiudiciū illius in cuius fauorem decrete sunt represalie sine cause cognitione affidare. sm̄. Ang. in. d. l. vtimur. ff. de sepul. viol. alias si de suorum subditorū damno & iniuria nō agatur. cause cognitio in tali concessione salui conductus nō requiritur per rōnes predictas secundū Jac. de bel. in. d. §. neq3 aūt homicidis. & Immo. in. d. l. is qui reus. Sed quid dicēdū est si per priuatū fuerit bannito vel delinquēti securitas data Bar. in. d. que il. incipien. Lucane ciuitatis. & in. d. l. i. §. non fuit. ff. de dolo. tenuit securitatem non esse seruandam. Sed Jac. de bel. in dicto. §. neq3 autē homicidis tenuit tunc demū fidem seruari non debere si priuatus ratiōe publice vtilitatis & vendictam offendebat bannitum. Secus si ratione priuate inimitie quia tūc ex illa promissione ligatur. Et opinionē Jac. de bel. tenuit Immo. in. d. l. is qui reus. vult. col. Ang. in dicto. §. preterea. vij. col. & quidam alij quos refert Bal. in d. l. iurisgentium. §. pacisca. ff. de pact. & in. l. i. C. qñ lir. vnic. sine iud. tenuerūt indistincte fidem esse seruandam. Sed tu cōcordando istas opiniōes latius dicas. Aut priuatus dat securitatē priuato. quē nullo iure poterat offēdere. & tunc inuiolabiliter debet seruari. vt in. l. illicitas §. ne potēriores & ibi Bar. & Doct. ff. de off. pres. & profely. in. c. i. extra de treg. & pac. Quod primo fallit si post securitatē affidatus propter delictū banniatur. Ita q posset impune offendi. quia tūc propter casum supueniētem securitas data expirat. secūdum Bar. in. l. is qui seruū. p illū tex. ff. de verb. obli. Bar. in. l. quid ergo. §. si heres. ff. de leg. i. Bal. & Ang. in. d. l. iuris gentiū. §. pacisca. Et alij Doct. transeūt cū Bar. Et ratio est quia promissio de nō offendendo habet in se tacitam conditio ē nisi sequatur casu quo lex offensionem permittat. vt declarat Bar. in. d. l. qui seruū in finē. & Jaso. in. d. l. cōuentionū in prima col. & secūdo infertur. &c. Secūdo fallit si assecuratus assecurantē offenderit. Quia tūc securitas ad tēpus vel imppetuū cōcessa expirat. sm̄ moder. in. d. c. i. extra. de treg. & pac. & Phil. Doc. in. d. c. cōstitut⁹ in fine extra. de appellat. Et Phil. cor. cons. clxxv. drimo vol.

Iudex q represalias concessit an possit illisq sunt represalia di saluū conductū cōcedere sine cause cognitione.

xiiij. Declarato.

Priuatus qui promisit bannitū non offendere an teneatur fidē eidem seruare.

Promissio de non offendendo an in se habeat aliquā tacitam conditionem.

Pater dominus & similes permittentes non offendere illos quos habent in potestate vel in quos habent manus iniectionē an sibi preiudicent.

Aut priuatus promittit securitatem priuato quem iure permittente poterat citra seuitiam offendere. vt potest dominus seruum, & pater filium & similes persone vt not. in l. i. C. de emen. ser. & in l. i. C. de emen. propinq. & in l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & tunc si pater vel dominus filium vel seruum promittat non verberare sue facultati preiudicat & securitatem datam tenetur adimplere. secundum Bar. in d. quest. lucan. ciuitatis ver. septimo quero per tex. in d. l. presenti. §. plane. iuncta glo. in verbo interuentione. C. de his qui ad eccl. confug. & in. §. si vero in auten. de mona. Et idem iuris esse arbitror si priuatus illi securitatem promiserit quem ratione priuate vindicte & iusti doloris excusatione etiam cum seuitia offendere poterat. vt patet exemplum in d. l. quod ait & in l. maritus. ff. de adul. & in l. gracchus. C. eo tit. Nam tunc tenetur priuatus fidem & securitatem promissam seruare vt est tex. in l. capite quinto. ff. eo tit. ibi sed semel remissus adulter reduci non potest. Per quem tex. excellens aduocatus dominus angelus de cesis consuluit in contingentia facti quod non licuit marito adulterum in fragranti crimine cū vxore repertū occidere cui vt exiret de lecto sub quo propter metū latuerat securitatē promiserat. Nam ius quod priuatam vtilitatē concernit pōt per priuatū remitti vt in d. l. iurisg. §. paciscar. ff. de pact. & in l. licet in pri. ff. de procur. & declarat Bar. in d. quest. lucan. ciuitatis ij. col. ver. Quinto probatur & per moder. in d. l. ius publicum. ff. de pact. Nam possum iniuriam mihi factam remittere vt in. §. fi. cū simil. inst. de iniur. & regula que est quod licet cū malitiis malitijs hominū obuiare. d. c. sedes apostolica extra de rescrip. habet locū vt iniuria propulsetur non autem vt alteri inferatur. vt declarant doct. in. d. c. vtilem. xxij. q. ij. & per moder. in d. c. afferte. extra de presumpt. & facit tex. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. ibi vt vim atque iniuriam propulsemus &c.

Sin autem priuatus assecurauerit aliquem, quem de iure communi ratione publice vendicte offendere poterat vt patet exemplum in l. i. & in. l. fi. C. quando liceat vnicuique sine &c. & in c. i. de homic. in vi. & in c. felicis de pen. eo. lib. non tenetur fidem datam seruare cum iuri propter

publicam vtilitatem introducto per priuatos renunciari non possit. d. l. ius publicum. ff. de pac. & declarat Bal. in d. l. i. C. quando licet vnicuiq; &c. Quia est bonus dolus personas tales decipere vt in. d. l. i. §. non fuit. ff. de dplo. Et idẽ iuris est si priuatus bannitum promiserit nõ offendere qui iure municipali impune offendi poterat cum dicatur hostis ciuitatis vt in. d. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. vt late disputat Bar. in dicta quest. lucan. ciuitatis & Jac. de bel. in. l. i. vbi de crimin. agi opor. Et priuatus potest talem bannitum impune offendere aut q ad tempus aut q imperpetuum securitatem promiserit secundum Phil. cor. in cons. clxxv. in. i. vol. & per moder. in. d. l. conuentionum & vide firma. in repertorio in verbo occidens bannitum in. §. vij. Sed hoc limita & intellige in territorio bannientis vbi bannitus saluo conductu non obstante potest impune interfici sed extra territorium debet securitatis seruari secundum immo. in Clemen. pastoralis extra de re. iud. & Pet. de anch. in repet. c. i. extra de const. car. xviij. ver. tertio principaliter & Bal. in cons. lv. in. ij. vol. Quoniam vt supe rius dictum est bannum effectus suos extra territorium non extẽdit vt declarant moder. in. d. l. fi. ff. de iuris omn. iud. & quod supradictum est procedit in bannito a iudice secus in bannito ab imperatore qui potest in qualibet mundi parte impune offendi vt declarat Jas. in. d. l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de nou. oper. nunc. vlt. col. Quoniam bannitus a iudice perdit iura illius ciuitatis a qua fuit bannitus secundum Bar. in. d. quest. lucan. ciuitatis. Sed bannitus ab imperatore perdit omnia iura ciuilia. secundum Bar. in. l. certa forma per illuz tex. C. de iur. fis. lib. x. Et his adde alias limitationes quas ponit fily. in. d. c. que in ecclesiarum. iij. col. Quas hic non refero cum tangant potius materiam bannitorum q securitatis. Et quod dictum est de bannito idem de hoste dicenduz est secundum Bar. in. d. l. conuentionum nam fides data hosti a priuato seruanda non est vt. in. d. l. i. §. non fuit. ff. de dolo. iuncta glo. & in. l. nam & seruus in princ. ff. de neg. gest. etiam si fidem seruare priuatus iurasset secundũ Bal. in. d. c. i. §. Item sacramenta de pac. iur. firm. vnde

Iuri propter publicam vtilitate introducto per priuatos renunciari non põt.

Priuatus an hosti fidem habeat seruare

dicit Raph. ful. in. d. l. conuētionum vt ibi referunt mo-
der. q cum quidam medicus fuisset captus a quodam mi
lite & promisisset pro tallia ducatos mille. fuit iudicatum
medicum ex illa promissione non obligari cum hosti fi-
des a priuato seruanda non sit. secundū doctrinam Bar.
in. d. l. conuentionum.

xv. Declaratio.

Citatus ad locū nō tutū si offertur ei sal uus conductus an te neatur comparere.

Neq3 est preferendum q saluus conductus in casibus
inquibus potest dari si iudex citauerit aliquem ad locum
non tantum offerens dare saluum conductum non est tan
ti effectus q cogat citatum comparere. vt in. c. accedens
el. ij. extra. vt lit. non contest. & in. c. trasmissa & in. c. lras
extra. de rest. spoliat. Parua enim & fragilis est securitas
que in paruo papiro aut membranis continetur. Et sal-
uus conductus non sufficit vbi est iustus metus persona
vt declarant Bar. soz. in dicto articulo. xviij. quest. v. in
fine in trac. de citat. & Alex. in. l. apud Julianum. §. non
omnis. ff. ad trebel. & Immo. in. d. Clemen. pastoralis ex-
tra. de re iud. Sed hoc primo fallit. nisi quis citaretur ra
tione delicti commissi Quia cum sua culpa factus fuerit
locus non tutus etiam sine securitate comparere tenetur
alias contumax reputatur. secundum Bal. in. l. omnis.
vult. col. C. de epis. & cler. & fily. in dicto. c. accedens. iij.
col. vers. secundo aduerte. Secundo fallit si fuit citatus
bannitus ad locum de quo exultauit non ratione delicti,
sed alterius causa. Nam tunc cum literis salui cōductus
tenetur comparere. vt late disputat Nellus. in. d. tractat.
de ban. in prima parte prin. temp. quest. iij. Et Aug. in. d.
questione Bononiensis. ver. super quinto. & Bar. Soz.
in. d. tract. de citat. articul. xviij. quest. v. & articul. v.
quest. xxvi. Sed hoc est verum duobus concurrentibus.
primo nisi fuerit bannitus propter odia & simultates.
nam tunc etiam cum litteris salui conductus non tenetur
cōparere. & capitali inimico se committere. fm. Immo. &

De inimico et cū sal uo conductu non est confidendum.

Doct. in. d. Clemen. pastoralis. de quibus meminit And.
de mōzi. in addit. ad fily. in. d. c. accedens. in. iiij. col. Quī
qñ bannitus citatur propter aliam causam q̄ propter de
lictum debet taliter assecurari q sit per saluū conductū
sibi & causam suam bn̄ consultum. alias nō tenetur com-

parere. vt declarat Ang. in. d. quest. Bononiēsis. ver. sup quinto in fine de quo dicto meminit Mar. soz. in. d. articul. xviij. quest. v. Neq3 obstat q sua culpa factus sit loc⁹ suspectus. quia non citatur ratione illius culpe sed alterius cause. arg. l. si vrbēda. §. idem. ff. ad. l. rod. de iact. ⁊ ita respondit Mar. soz. in. d. quest. v. Secundo requiritur q t a. et lr̄e salui conductus cōsueuerint seruari a iudice. ⁊ ab eius subditis alias non tenetur comparere. sm̄ Immo. in. d. l. penul. §. ad crimen. ver. tertio casu. ff. de publ. iud. quem sequitur fely. in. dicto. c. accedens. iij. col. ver. quinta cōclusio. ⁊ idem dicas de quolibet citato cui offeruntur littere salui conductus vt declarat Mar. Soz. in dicto articulo. xviij. quest. v. ⁊ fely. in. d. c. accedēs. vbi per. x. conclusiones examinat materiam quas hic non repeto cum non sit materia sed per te poteris videre.

Tertia Pars.

xvi. declaratio.

Necessario sequitur modo videre de interpretatione salui conductus. Et primo sciendū est q saluus conductus nō extenditur ad delicta futura. Nam Bannitus habēs securitatē pōt de delictis post securitatē cōmissis puniri. sm̄. glo. in. c. noli extimari. xxiij. q. i. Immo princeps pro delictis futuris saluū conductū dare nō pōt. quia homines inuitarentur ad delinquēdum contra ter. in. l. cōuenire. ff. de pac. dotal. secūdū Jaso. in. d. l. rescripta. ij. col. in fi. C. de prec. princ. offeren. Et videmus in simili q per pactū dolus futurus remitti nō pōt. vt in l. si vnus. §. illud. ⁊ ibi Bar. ff. de pact. ⁊ hoc nō solū habet locū in criminalibus verū ēt in ciuilibus. Nam salu⁹ cōductus impetratus cōtra creditores nō extenditur ad creditores futuros. sm̄ Ang. in. l. penult. §. illud. ff. q̄d q̄s. iur. arg. l. si ita rescriptū. ff. de verb. oblig. Et pro ista cum fe. re. Leo decim⁹ quandam bullam edidisset p quā ponētes certū quid in capsa elemosinarū in eccl'ia sancti Petri a peccatis propter furta ⁊ male ablata in cursis certo mō absoluebat fuit reprehēsus quidam penitētiari⁹ qui sua prudentia confisus asserebat furta etiam post bullam cōmissa posse per solutionem illarū elemosinarum remitti. Quia dicebat legem semper loqui. l. artiani. C.

Saluus conductus nō extenditur ad delicta futura. nec pro illis concedi potest.

Futurus dolus per pactum remitti nō pōt.

de beret. et bullam potius respicere futura q̃ preterita vt in. c. cognoscentes extra de const. Et non aduertebat vir ille imprudẽs q̄ si ista bulla ita interpretaretur homines contra regulas diuini humaniq̃ iuris ad furandum inuitarentur vt notat. in. d. l. cõuenire. ff. de pac. dotal. et l. l. ij. C. de leg. et in. c. erit autem lex. iiij. distinct.

Saluus conductus cũ damno alterius non debet concedi.

Preterea saluus conductus cum damno alterius nõ debet cõcedi. l. ij. §. merito et. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. Nam si bannitus pro homicidio fuerit assecuratus non obstante saluo conductu poterit ab heredibus occisi pro damnis et interesse conueniri vt declarat Hippo. de mar. in cons. cxv. et in cons. cxxxi. vol. ij. et dicit glo. notabilis in. l. ij. et ibi Jaso. C. de in ius. vocan. q̄ princeps non potest tollere per rescriptum penã que ratione delicti debet parti applicari et illam glo. pro not. refert et sequitur. Jaso. in. d. l. rescripta. ij. col. in fi. Et ad hoc vide additionem And. sicul. ad Bar. in. d. illicitas. §. preses. ff. de offic. presid. Potest enim per saluum conductum illud ius publicum quod est ne delictum remaneat impunitum per superiorem remitti vel suspendi. sed ius tertio quesitum tolli non potest vt not. in. d. l. fi. C. si con. ius. vel vtil. publ. Nam rescriptum principis quando preiudicat soli principi est late interpretandum vt in c. si. cum ibi not. extra de simo. et notat. Bar. et Bal. in. l. beneficium. ff. de const. princ. et Bar. in. l. ij. ff. de verb. oblig. sed quando preiudicat tertio tanq̃ extraordinariũ et preiudiciale debet stricte intelligi vt in. c. super hoc extra de offic. de leg. et Jo. And in. c. penult. extra de ver. signific. et Bar. soz. in cons. cclx. xiij. col. in princ. ij. vol. et si verba salui conductus essent ita pregnantia vt iustertij lederent debẽt taliter interpretari vt minus ledant. quantum sit possibile vt in. c. ad aures iuncta glo. extra de rescript. et notat. in. d. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loc. publi. Nam quo ad modicam lesionem potest princeps contra ius tertij rescribere vt in. d. l. quotiens et ibi moder. C. de prec. princ. offeren. Unde dicit Bal. in. l. i. ff. de const. princ. q̄ quando princeps ledit ius tertij sine causa non presumitur nisi in modico velle ledere ad quod facit glo. notab. in. l. sed cũ ab herede in ver. alterius. ff.

ad trebell. ꝛ declarat Bar. cep. in tract. de ser. rust. in tit. de a que ductu. Et propterea posset princeps penaȝ parti applicandam per saluuȝ conductum ad aliquod breue tempus suspendere sed nõ in totum tollere vt in. d. l. quotiens ꝛ ibi doct. ꝛ semper in rescripto principis intelligitur clausula saluo iure tertij secundum Bal. in. l. i. C. de const. princ. ꝛ in. l. monumenta. C. de legat.

Decima septima declaratio.

Diximus in precedenti declaratione ꝙ saluus conductus non operatur effectum nisi pro delictis preteritis. sed hoc sane intellige de delictis preteritis ꝛ in securitate non expressis alias pro non expressis posset habẽs saluum conductum puniri vt declarat Bar. ꝛ doct. in. l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de nou. oper. nunc. sed ponamus ꝙ bannitus pro primo delicto a principe saluum conductum obtinuerit. Deinde fuit pro secundo delicto bannitus pro quo similiter saluum conductum impetrauit nullam faciens mentionem de primo dubitatur an possit de secundo delicto securitate non obstante delinquens puniri Bal. ꝛ Paul. de cast. post Guil. de cun. in. l. iij. per illum tex. C. de epis. ꝛ cler. in similibus terminis tenuerunt gratiam siue saluum conductum tanq̃ surreptitium delinquenti non suffragari Per quod dictũ And. sicul. in. c. super litteris extra de rescript. Dicit ꝙ de facto fuit Bononie quidam decapitatus qui impetrauerat gratiam secundi homicidij nulla facta mentione de primo homicidio ꝛ eius remissione de quo meminit Jaso. in. l. nec damnosa in prima col. C. de prec. princ. offeren. ꝛ in l. prescriptione vlt. col. in. fi. C. si con. ius vel vtil. publ. ꝛ post ludo. Roman. in. d. l. de pupillo. §. si in pluribus ff. de no. oper. nunc. vlt. col. in princ. ꝛ Bar. fo. in consil. ex. in. ij. vol. prima col. ꝛ fily. in. c. postulasti. iiij. col. ver. per illum tex. extra de rescript. Et ratio est quia omissio qualitatis in rescripto que difficiliorem reddidisset principem ad concedendum vitiat ipsum rescriptum vt late declarat fily. in. d. c. super litteris ver. exprimenda sunt ꝛc. ꝛ in. d. c. postulasti ꝛ moder. in. d. l. de pupillo §. si in pluribus ꝛ facit tex. in. c. dilectus filius abbas extra de rescript. vbi non valet rescriptum super restitutione beneficij quod de causa excommunicationis vel amo-

Saluus cõductus de secundo delicto non facta iunctione alterius salui conductus pro alio delicto obtenti an valeat.

tionis impetrantis non facit mētionem. vnde dicit Bal. in.d.l.prescriptione.circa finem q si aliquis fuit condē‑natus in mille.gratia obtenta a principe de illa condem‑natione non valet nisi causa ex qua processit condemna‑tio in litteris exprimatur.quod deum reassumit Jaso.in d.l.nec dānosa in princ.et allegat Alex.in.cons.xxix.Sed secundum impressionē modernam est numero.cxiiij.pri‑mo.vol.vbi Bannitus obtinens gratiam surreptitiam de delicto potest illa non obstante impune interfici. Sed aduerte q posset fortasse non improbabiliter attemptari q talis bannitus posset etiam de primo delicto puniri. Nam secundum doctrinam Ludo. Roman.magis com muniter approbatam.in.d.l.possideri. §.si seruus. ff. de acq.poss. Per secundum delictum primus saluus cōdu‑ctus expirat.Sed veritas istius passus dependet a deci‑sione illius questionis quam disputauimus in.xiij.decla‑ratione.

Motusproprius tollit subreptionis vitium.

Sed Regulam predictam primo limita nisi secūdus sal‑uus conductus fuerit motu proprio vel ex certa scientia a principe impetratus.Quoniam per dictam clausulam tollitur vitiū surreptionis.vt declarat Jas.in.d.l.nec dam nosa.ij.col.et late Phil.Dec.in cons.v.inter cōsilia.xl. vltimo loco impressa.et Bar.Soz.in cōs.clxiiij.incipiē. visa bulla Bonifatij.in ver.confirmatur ista opinio.in.ij. vol.et Alex.in.l.iij.in princ.ff.quod quis.iur. Secundo limita nisi saluus conductus pro secundo delicto esset ge‑minatus quia idem operatur actus geminatus quod clau‑sula Motus proprij.secundum Raph.ful.post Bal. in d.l.nec damnosa et in.l.rescripta.C.de prec.prin.offerē. et Ludo.Rom.in.l.si vero.§.de viro.xxxi.sal.ff.solut. mat.et Alex.in.d.l.iij.i.col.sed ista secunda fallentia non procedit sine dubio.per tex.in.c.constitutus extra. de re‑script.vt declarat Jas. in.d.l.nec damnosa.in fi.et vide fran.cur.in addit.in.d.l.iij.

Actus geminatus idē operatur quod motus proprius.

Gratia vel saluus cō ductus cōcessus seu fa ctus cū cāe cognitio ne tollit subreptiōis vitium.

Tertio vltra alios doctores limita nisi secundus saluus conductus daretur per principem non gratiose sed cum cause cognitione vt sentit Bal.in.d.l.prescriptione C.si cont.ius.vel vtil.publ.iij.col.vbi singulariter dicit q gratia siue preuilegium quod cum cause cognitione

conceditur

conceditur licet non fundetur in viritate non potest per exceptionem subreptionis tolli vel impediri quod dictuȝ tamē singulare refert ꝛ sequitur Bar. Soȝ. in cons. cl. xix. in iiij. col. in fin. ij. vol. vbi dicit idem voluisse Jo. And. Ant. de but. ꝛ immo. in. c. ad audientiam extra de rescript. Et ex hoc mirabiliter infertur ꝙ si iudex dederit duos saluos conductus contra secundum non poterit opponi ꝙ non fecit mentionem de primo cum inferior a principe non possit delinquentes sine cause cognitione affidare vt supra dictum est. Quarto fallit si in saluo cōductu essent clausule ita pingues ꝛ generales ꝙ demonstrarent principem voluisse concedere secundum saluum conductum cuiuscunqȝ alterius delicti remissione siue suspensione non obstante vt in similibus declarat Bar. soȝ. in cons. cclx. in. xij. col. ij. vol. ꝛ Hippo. de mars. in. l. vnius facinoris. §. cogniturum. ff. de quest. ꝛ in cons. lxxxv. in. iiij. col. ꝛ dicit Phil. Dec. in dicto cons. li. in fin. ꝙ verba generalia ꝛ pregnantia apposita in saluo conductu faciunt ipsum extendi ad casum ad quem alias non extenderetur. Quinto fallit si predecesserint merita impetrantis quia licet tunc non sit apposita clausula ex certa sciencia vel motu proprio ꝛ regulariter censeatur in dubio ad postulationem partis principem concessisse. Nihilominus merita impetrantis faciunt presumi principem motu proprio ꝛ non ad instantiam partis secundum saluum cōductum ledisse. secundum Alex. post Guil. de cun. in. d. l. iij. ff. quod quis iur. ꝛ Jac. but. ꝛ Bal. in. l. quod fauore. C. de leg.

Merita impetrantis rescriptū faciūt presumi principem motu proprio concessisse

Dubitatur modo an saluus conductus generalis extendatur ad omnes causas tam ciuiles ꝙ criminales. Dicendum est aut saluus conductus generalis conceditur debitori ꝛ istam questionē disputaui in. vi. declaratione. aut conceditur delinquenti ꝛ tunc secundum Bar. ꝛ doct. in. d. l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de nou. oper. nūc. saluus conductus generalis ad omnia delicta porrigitur Sed primo fallit in crimine lese maiestatis secundum Ang. in quest. incipien. Croꝛta guerra quem refert ꝛ sequitur Ludo. Rom. in. d. §. si in pluribus ꝛ in. l. si quis in graui. §. is quoqȝ. ff. ad sille. Volentes ꝙ statutum

Decima octaua declaratio.

Saluus cōductus generalis an extendatur ad quecunqȝ delicta.

concedens generaliter remissionem omnibus delinquentibus non porrigatur ad reos crimine lese maiestatis. Secundo fallit in crimine falsi. Quoniam per generalem remissionem non censetur delictum falsi esse remissum secundum Ludo. Rom. in d. §. si in pluribus & Bar. in. l. lutius. ff. ad selle per illum tex. vnde dicit Pet. de anch. in rep. c. i. de const. ver. sed alibi queritur q statutum generaliter loquens de omnibus carceratis relaxandis nõ trahitur ad carceratum pro crimine falsi. Quod crimen propter sui enormitatẽ habet multa specialia de quibus per Jo. de ana. in rub. extra de fal. & Hippo. de marsi. in rub. ff. eo. tit. Tertio fallit in proditoribus & insignibus criminosis vt per multa verba sed pauce vtilitatis declarat Vital. in d. claus. nil. no. secur. pend. iiij. col. Ad quod facit tex. & ibi Bal. in l. iij. C. de episc. audient. vbi lex disponens in festis pascalibus carceratos debere relaxari non comprehendit homicidas & alios criminosos insignes. Quia generalitas semper restringitur vt valde odiosa excludantur vt in l. lutius. §. lutius titius dama. ff. de leg. ij. & per Bar. in l. iij. §. si tibi. ff. de cõd. obtur. cau. Sed Alex. in dicto. §. si in pluribus. ij. col. aperte istas tres limitationes reprobat & impugnat. Dicit enim q si princeps certe persone concedit remissionem vel saluum conductum generaliter de omnibus dilectis in dubio censetur ex certa scientia remisisse secundum Bar. in d. §. si in pluribus & not. in l. fi. C. de gen. abolit. Et quando princeps ex certa scientia remissionem generalem concedit omnia delicta etiã criminis lese maiestatis & falsi & quantuncunq atrocia remissa esse intelliguntur vt in l. si do, cueris & ibi glo. C. de fal. Et idem tenet Bar. in d. l. lutius post glo. ad turpil. & Paul. de cast. in d. §. si in pluribus in fi. Quia gratia & beneficium principis latissime est interpretandum l. fi. ff. de const. princ. & in c. dilecti extra de donat. Et non obstat secundum Alex tex. in d. l. Lutius. Quia ibi princeps concedebat abolitionem nõ ex certa scientia & certe persone sed generaliter propter letitiam vel res prospere gestas vt in l. interueniẽte. & ibi not. ff. ad turpil. & dictum Ang. in d. quest. exorta guerra. & Pet. de anch. in d. c. i. de const. non bene infertur.

Crimen falsi propter secundum enormitatem habet multa specialia.

Generalitas restringitur ut valde odiosa excludantur.

ad casum nostrum. Quia loquuntur de statuto quod est stricti iuris ꝛ stricte interpretatur. l. quicquid astringen- de ꝛ ibi doct. ff. de verb. oblig. Secus in beneficio prin- cipis quod late debet interpretari vt supra dictum est. Et nisi vnum faceret me dubitare tenerē indistincte opi- nionem Alex. esse veram. Dicit enim Alex. post Bar. in d. §. si in pluribus. ꝙ in dubio semper princeps censetur dare remissionem ex certa scientia. Quod est falsum ꝛ in contrarium est veritas. Quoniam nunꝙ̄ censetur prin- ceps ex certa scientia rescribere nisi in litteris exprima- tur secundum Abb. ꝛ doct. in. c. cum inter prima col. ex- tra de except. post glo. in Clem. i. de iud. ꝛ late per fily. in. d. c. cum inter. i. ꝛ. ij. col. Et in dubio censetur rescrip- tum non motu proprio neqꝫ ex certa scientia sed ad peti- tionem partis concessum secundum Bal. post Jac. but. in. l. quod fauore. C. de leg. ꝛ Alex. in. d. l. iij. post glo. ff quod quis iur. Et Alex. loquens in specie de saluo con ductu in cons. cccl. in fine. Et propterea latius dicendu3 est ꝙ saluus conductus generalis porrigitur ad omnia delicta quantuncunqꝫ enormia secundum Bar. ꝛ doct. in. d. §. si in pluribus si constat ꝙ motu proprio vel ex cer ta scientia fuerit concessus secundum glo. in. d. l. si docue ris. C. de fal. vbi dicit ꝙ tunc censetur remissum crimen falsi si apparet ꝙ ex certa scientia fuerit remissum. Idem tenet glo. in. d. l. lutius ꝛ ibi declarat Bar. ff. ad turpil. Si vero non constat ꝛ dubitatur an saluus conductus fu erit ex certa scientia concessus ꝛ tunc presumitur esse cō cessum ad petitionem partis secundum Alex. ꝛ moder. in d. l. iij. ff. quod quis iur. Et si est generalis ad omnia deli cta extenditur quantuncunqꝫ enormia non ea ratione vt dicebat Alex. post Bar. in. d. §. si in pluribus ꝙ princeps in dubio censeatur ex certa scientia rescripsisse sed quia beneficium principis quando non ledit ius alterius latis sime est interpretandum vt in. d. l. fi. ꝛ ibi Bal. ꝛ doct. ff. de const. princ. Nam beneficio principis oportet nos iuuari ꝛ nō decipi vt in. l. i. C. de his qui. q. ve. ꝛ imp. de ciperemur enim si saluus conductus generalis ad omnia delicta non extenderetur vt declarat Bal. in. d. l. fi. ij. col ꝛ Bal. loquens in specie de saluo conductu in cons.

Statuta stricte.

Princeps an ex certa scientia presumatur rescribere.

Beneficium principis quando ius tertii non ledit est latissime interpretandum

